

- 10 accipere continue minime dubitant, sed quid amplius etiam de omnibus mercacionibus, que cum darentur, deferuntur de insulis Crete et onerantur in navibus in portu Candide existentibus predicti ad accipiendum datum predictum se extendunt; unde ad hec ut talis consuetudo sit eis bona et damnosa amplius non existat et etiam ut alia consuetudo, si qua ibi fuerit, per quam aliquid de Venerorum libertate renovatur, totaliter extirpetur et deinde res similis minime orriri possit; capta fuit pars, quod iniungatur Duche et consiliariis et aliis rectoribus Crete possent sub debito sacramenti, quatenus cum omni diligentia agant, ut homines ueneti in Candida et per totam insulam sine aliquo defectu liberi et immunes tractentur et quod predictam universitatem Candide in accipiendo predicta datia
 15 et decimam predictam superius penitus et statim compleant, ut desistant. Et si uideretur Duche et consiliariis, uel maiori parti eorum, quod predicti muri indigerent aliqua reparazione possint datia solui solum de rebus, que intrant per portam de terra Candide, et quando dicti muri non indigerent aliqua reparazione cessare omnino debeant dicta datia, et hoc addatur in capitulari, siue commissione Duche et consiliariorum Crete, qui decetero pro tempore fuerint; et si consilium uel capitulare est contra, sit reuocatum quantum in hoc.

2

**Ο 'Ανδρέας Κορνάρος δύναται νὰ ἔξαγάγῃ ἐκ Κρήτης διὰ τὴν νῆσον του Κάρπαθον, σίτου μουτζούρια χῖλια καὶ κριθῆς δύο χιλιάδας ἐτησίως ἐπὶ ἐτος. 1309 Ιανουαρίου 8.*

1 Millesimo trecentesimo VIII, die VIII Januarii.

Quod Andreas Cornarius possit facere portari mensuras mille frumenti et
 3 duo milla ordei de Creta ad insulam suam Scarpe per annum usque ad annum.

3

**Ἐπίσης ὁ 'Ανδρέας Βαρότσης σίτου μουτζούρια χῖλια διὰ τὴν νῆσον του Θίρων ἐτησίως ἐπὶ δύο ἔτη.*

1 Quod Andreas Barozzi possit facere portari mensuras mille frumenti de Creta ad insulam Sancte Herini per annum usque ad duos annos.

Ego Petrus Gisi consiliarius manu mea subscripsi.

Ego Nicolaus Faletro consiliarius manu mea subscripsi.

5 Ego Benincà de Checiis Ducatus Veneciarum scriba de mandato predictorum consiliariorum predicta duo consilia cancellavi.

4

**Ο Μάγιστρος Μπονακούρσιος ἐκ Κρήτης κρίνεται ἵκανὸς διὰ τὸ ὀφελίου τοῦ δημοσίου γραφέως.*

